



~~917~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

17-59.

SIGNAT. MDCCCXIII.

EXERCITATIO ACADEMICA
POSTERIOR
DE

ATHEISMO,

Opposita in primis Renato des Cartes, & Matthiæ Knutzen.

QUAM

In Illustri ad Albim Universitate

Auspice DEO, iustissimo Atheismi Vindice,

& PRÆSIDE

M. VALENTINO GREISSING,

Coronâ Transylvano, SEREN. ELECT.

SAX. Alumno.

*Fautore ac Amico honorando, Populari Contubernaliq;
suo estimatissimo,*

publico eruditorum examini sistit

GEORGIUS TUTIUS Kis-Schenckino

Transylvanus Saxo.

Ad diem 18. Decembr. A. O. R. M DC LXXVII.

IN AUDITORIO VETERIS COLLEGII.



WITTEBERGÆ,

Literis JOHANNIS WILCKIL

H. Michäelis

cras ditomias.

Handwritten text at the top of the page, including the name 'LUTHER' and 'CITY OF WASHINGTON'.

Large, faint, mirrored text in the center of the page, likely bleed-through from the reverse side.

Handwritten text in the middle section of the page, appearing as bleed-through.

Large, faint, mirrored text in the lower-middle section of the page, likely bleed-through.

Handwritten text in the lower section of the page, appearing as bleed-through.

Large, faint, mirrored text in the lower-lower section of the page, likely bleed-through.

Handwritten text at the bottom of the page, including the name 'LUTHER' and 'CITY OF WASHINGTON'.

Small handwritten notes or signatures at the bottom left of the page.





BOC! BOC!



On licuit per leges Academicas in Exer-
tatione priori singula persequi; Quare
ibi nunc pergemus, ubi illic substitimus.
Restat autem, ut probemus hypothesein
ultimam, nempe, *in iis, quorum unum sit ab
alio, non dari progressum Causarum in in-
finitum.* Quod in omni genere Causarum eruditè de-
monstravit Philosophus (α) eumq; ab exceptionibus Alex-
andri aliorumq; vindicavit Petrus Fonseca (β .) Et solent
alias in probando hoc occupatissimi esse Philosophi, nos
brevitatis Studiosi unam saltem tangimus rationem. Quia
si poneretur processus ille Causarum in infinitum, seque-
retur totam demum collectionem Causarum esse effec-
tam, adeoq; & dependentem. Sed posterius absurdum. E. &
prius. Consequentia Majoris patet, quoniam vi admissi pro-
cessus in infinitum, nulla Causarum esse supponitur, quæ nõ
ab alia producta sit. Prob. antecedens. Nam si tota collectio
Causarum producta, adeoq; & dependens est, aut erit pro-
ducta ab aliquo agente extra istam collectionem existente,
aut ab aliquo in ista comprehenso. Prius affirmare vix au-
debit Atheus, utpote qui nullum agens extra istam collecti-
onem supponit vi sui asserti, sed nec posterius dici potest,
nisi velis circulum committere, paulò ante à nobis reje-
ctum.

§. 6. Interim id saltem observes, me, dum sub ini-
tium §. præced. Causarum, memini, intelligere per Caus-
sas

A 2

*a. Lib. 2. Met.
C. 2.
β) in hunc lo-
cum p. 423.
seqq.*



γ) *Inst. Met.*
p. 163.

δ) *Inst. Met.*
p. 163.

α) *Exerc. Met.*
lib. 2. *Exerc.*
p. 658. *seq.*

§) *Tb. 1. §. 4.*

tas, Efficientes, easq; inprimis *accidentaliter subordinatas*,
Qvas vocat Sthalius (γ) *quaslibet duas Causas ejusdem ge-*
neris quæ ita sunt inter se affecta, ut altera pendeat aliquo
modo ab altera, non tamen in causando. Quomodo pa-
ter Socratis, & avus ejusdem sunt Causæ Socratis, quoniam
Pater Socratis, et si non generarit Socratem nisi genera-
tus prius à suis parentibus, tamen in generando Socrate
ab illo, nempe avo Socratis, non pendet. Alias verò
dantur etiam Causæ *essentialiter subordinata*, quæ defi-
niente iterum B. Sthalio, (δ) ex Fonseca, sunt, *qualibet*
Causa duc ejusdem generis, quæ ita sunt, affecta inter se,
ut altera ex natura sua dependeat ab altera in causando.
Sic qualibet Creatura subordinatur Deo essentialiter,
quia non potest quicquam agere, nisi simul Deus concu-
rat, atq; ita actio Creaturæ etiam ipsius actio est. Conf.
B. Jac. Mart. (ε).

§. 7. Deniq; uti alias demonstraturi existentiam
cujuscunq; rei, certum quendam conceptum supponunt:
ita & nobis cum Atheis, contra quos disputamus, de cer-
to id quodam DEI conceptu (ne vaga & inutilis nostra sit
disceptatio) convenire necessum est. Qui verò nomi-
nè DEI intelligamus, jam tum supra (§) à nobis exposi-
tum vide.

§. 8. His ita suppositis & explicatis facile erit argu-
mentari:

Omne quod fit, ab alio fit.

Atqui mundus est quæcunq; in eo, velut ejus partes conti-
nentur, factus est. E.

Mundus est quæcunq; in eo velut ejus partes continen-
tur, ab alio facta sunt.

Major est evidens ex iis, quæ exposita sunt in §. 3. Mino-
rem

rem probo per inductionem omnium rerum, quæ in hoc universo velut ejus partes continentur. Suntq; vel *Corruptibiles*, vel *Incorruptibiles*. De illis docet nos & ipsa ratio & experientia, facta aliquando esse. Eo ipso enim quo corruptibiles esse dicuntur, initium & finem agnoscunt. Corruptio enim est Aristoteli (η) *mutatio ab esse ad non esse*; ideoq; res corruptibiles aliquando vel non fuerunt, vel ad minimum potuerunt non esse. Jam si potuerunt illæ res etiam prorsus non esse, oportet ante non fuisse, quàm esse ceperunt: alias si non cepissent demum per aliquam causam, certe non potuissent non esse. Atq; id etiam experientia quotidiana satis nobis constat, quòd quæ hodie dantur in humana specie e.g. individua, per generationem esse singula inceperint, quæ suppleant defectum, qui ex interitu pristinorum contigerit. Unde manifestum est colligere, idem esse judicium habendum non tantum de cæteris individuis in sua quavis specie existentibus, sed etiam de omnibus omnino, nullo excepto, quocunq; etiam tempore vixerint. Quandoquidem si vel unum saltem individuum non factum esset, adeoq; fuisset independens, tum non eandem specie cum cæteris individuis habuissent essentiam, id quod impossibile. De corruptibilibus ergo res est in apico. De incorruptibilibus (quales sunt Aristoteli cælum & intelligentiæ) an sint ex numero eorum, quæ facta sunt, difficultas esse poterat. Equidem Ethnicos Cælum pro Deo agnovisse testis est Theod. (9.) *Videntes enim* (sunt verba Cyrilli apud Jac. Martini (10.) *cælestium corporum immutabilitatem, congruam & perpetuam motionem, ordinem quoq; bene aptatum, item certas leges lum.e, certos & definitos ortus & occasus solis Deum esse cælum suspicabantur.* Huc accedit, quod Arist. (κ.) doceat Cælum esse *ἀγένητον* h.e. interprete Thoma (λ.) ingenerabile.

η) lib. 5. Phys.
C. 1. 4.

9) 6. Grec.
aff. in pr.
1) Exerc. Met.
lib. 2. p. 046.

κ) l. 1. Cæl. C.
3. t. 20.
λ) Qu. 46.
arc. in resp.
ad 3.

ca] *Disp. 20.*
Met. Sect. 1.
§ 2.

(v) *Inst. Phys.*
p. 426.

§ *loc. dict.*

o] *Inst. Phys.*
Lib. 1. p. 29.

σ] *diff. loc.*

bile. Sed nihil obstat. Nam quod Coelum sit factum prob.
(i.) Quia est Ens materiatum. Unde sic colligo: Quicquid
est Ens materiatum, id à se ipso esse non potest, adeoq; est
factum. Sed Coelum &c. E. Majorem probat prolixè Svarez,
(ii.) quia materia à se ipsa esse non potest propter summam
suam imperfectionem. Minorem probat B. Sperling (v.)
hoc Syllogismo: O. Corpus naturale materiam habet.
Coelum est corpus naturale. E. Præmissas vide sufficienter
probatas à Physicò sui temporis accuratissimo (E.) (2.) quia
est longe infra perfectionem hominis (tanquã corruptibili-
lis) positum. Quod si ergo perfectius (e.g. homo) est factus
per hæcenus dicta, quidni etiam Coelum, tanquam imper-
fectius quid, erit factum. Ratio Consequentiae est. Quia ali-
as Coelum si non esset factum, longe perfectius esset homi-
ne, id quod inauditum in Philosophia. Deinde quod
Ethnicos attinet, dico, ab horum exemplo ad rei veritatem
colligere minimè licere. Perinde enim esset, ac si h. m. colligere
velles: Ethnici quidam pro Deo habuerunt cepas, alli-
um &c. E. Cepa & allium &c. pro Diis sunt habenda. Certe
consequentiam ipsi saniores Gentiles negabunt. Ad aucto-
ritatem verò Aristotelis Resp. cum Zeifoldo: (o.) Non vi-
dendum, quis dicat, sed quid dicatur. Deinde distingvimus
inter assertionem Aristotelicam *absolutam & respectivam*.
Hæc probatur ex Arist. verbis, non illa. Etenim confert Phi-
losophus (x.) stabilitatem coeli cum aliarum rerum mu-
tabilitate & fragilitate, & hoc respectu dicit Coelum esse
αἰώνιον. Restat, ut ostendamus, *Intelligentias esse factas*.
Argumentamur:

Quorumcunq; sunt plura, illa facta sunt.

Sed intelligentiarum sunt plures. E.

Maj. prob. Quia aliàs sequeretur plura esse independentia,
repugnat.

atq; dari etiam progressum in infinitum, quorum utrumq;
repugnat. Conf. sis Raymundum Lullium. (c.)
Min. ex terminis patet.

§. 9. Atq; ita ostensâ Minore Argumenti generalis
dubium nullum superesse potest, de singularum partium
mundo existentium (adeoq; & mundi ipsius, tanquam
totius) productione id quod probandum nobis incumbet.

§. 10. Porro ex probatis ita argumentamur:

*Id, à quo mundus, & quæ velut ejus partes in eo con-
vinentur, facta sunt, aut factum est ab alio, aut est
Ens à se ipso, adeoq; prima rerum aliarum omnium
Causa. Sed non est factum ab alio. E.*

Maj. certa est vi contradictoriè oppositorum, inter qua
non dari medium, docent Logici.

Min. si enim esset factum ab alio, tum ulterius de eo inqui-
rendum esset, à quo hoc sit factum: illud rursus vel à se ipso,
vel ab alio, si à se, habemus intentum. Si ab alio, de eo iterum
quereretur, à quo hoc sit factum, usq; tandem subsisten-
dum sit in Ente non facto, aut procedendum in infinitum,
aut circulus committendus, quod utrumq; iterum impossi-
bile est per hæcenus demonstrata.

Stabit ergo *Conclusio* firma: dari nempe *Ens non factum
ab alio*, i. e. Causam simpliciter primâ, qua ab omni Causa
alia independentè agit, ut loquitur Dn. Rudrauff. (r.) Causa
autem talis Deus est per supra dicta. E. Deus datur, quod
probandum erat.

§. 11. Atq; hoc est Argumentum, quod, ut mihi vide-
tur, omnium efficacissimè demonstrat Dei existentiam,
quam tamen præterea Theologi pariter, atq; Philosophi
probant (1.) à mundi totius mirabili connexionè atq; ordinatione,
(2.) à mundi constitutione, rerumq; in eo contentarum pulchritudine
ad.

*in Oper. de
Artic. Fidei
p. m. 948-949.*

*(r) Curs. Met.
Disp. X. de
Caus. Eff.*

admiranda, [3] à regulari mundi totiq; conseruatione planè admirabili, [4.] à mundi gubernatione, omniumq; rerum, quas iste continet, in eundem finem conspiratione, [5.] à miraculis in natura aliquando pareratis, [6.] ab unanimi omnium gentium consensu, &c. Quæ etsi singula inuictè (si ultimum excipias, quod est Topicum) probent nūmen aliquod supremum, quod est Deus, existere: tamen obstante angustia chartarum silentio prætereō. Vide interim in primis Excell. Dn. Donati (τ) & post hunc Dn. D. Osiand. (υ) Dn. D. Wagner. (φ.) Dn. D. Calov. (χ.) Dn. D. Rudrauff. (ψ.) B. D. Clotzius. (ω.) Dn. Georg. Meyerum (α.) Dn. Hundeshagen. (β.) Dn. D. Joh. Meisnerum (c.) B. Jac. Martini (d.) B. Ebelium, (e.) Franc. Svarez. (f.) Paul. Voëtium, (g.) & plures alios, quos allegatos vide apud B. Jac. Martini. (b.)

[1] in sepe
laud. Disp. à
S. 70. ad fin.
υ) in Tract.
de Deo in
lum. nat. re-
pres. Exerc. 5.
p. 105. seq.

φ) Exam. Elēt
Ath. specul. p.
25. seqq.
χ) Syst. Theol.
Tom. II. pag.
110. seqq.

ψ) In Theol.
Philos. Exhib
4. p. 42 seqq
ω) Pneam.
Disp. 37. 98.
seqq.

a) Pneum. p.
256. seqq.
b) Theol Nat
Disp. 1. de Deo
p. 5. seqq.

c) Theol. Nat.
qv. 1. p. 24.
seqq.

d) Exerc.
Met. Lib. 2.

Ex. 4. Theor. 1. e) In Oper. Philos. Coll. Met. Part Spec. p. 1201. seqq. f) Tom 2
Disp. Met. 29 p. 19. seqq. g) Theol. Nat. Ref. p. 21. seqq. h) loc. cit. α) Tract. de Cogn
Dei nostri Exerc. 1. Th. 13. p. 11. β) Prælect. Th. C. 2. γ) In Justit. δ) In Comp. Th. Msc.

SECTIO II. *περοβληματα*

Problema I.

An dentur, vel (saltem dari possint) Athei?

Ἐννοια.

§. I. Dissidentes h. I. non uno eodemq; modo à nobis divortium faciunt. Sunt enim alii, qui simpliciter affirmant Atheos & olim exstitisse, & hodie adhuc exstare: alii verò negant quidem Atheos dari actu, dari tamen posse, implicite affirmantes, dum negant notitiam DEI *ἔμφυτον*. Ad priorem classẽ cum primis pertinet Claubergius (α), pro sua sententia allegans etiam Hispanum quendam, Joh. de Spagne. Ad posteriorem refer præter Photinianos (Socinum β, Ostorodum γ, & Val. Baumgart, Apóstatam & Professoreẽ Theologiæ Claudiopoli Transylvanorum δ.) Arminianos sive Remonstrantes in Belgio. Quibus accenseri possunt etiam Calvinianorum nonnulli, nempe

nempe Ludov. Crocius, Marc. Fried. Wendelinus, & qui
hiscæ præluxit, Clem. Timplerus, apertè negans ratio-
num trigà in medium adductà cognitionem de Dei exi-
stentia homini esse innatam. A quibus tamen dissentiunt
Calvinus, J. Zanchius, I. Ursinus, N. Polanus, A. Allstedius, P.
& alii.

§. 2. Cæterùm quod ad statum Controversiæ atti-
net, repetantur, quæ supra in sect. præced. v. exposita sunt,
ex quibus hanc Conclusionem elicimus: *Atheus Theoretico*
perfectus atq; directus non datur, neq; dari saltem potest.

§. 3. Pro asserto probando ita colligimus:

Si Θεογνωσία est insita, nativa, & à primordiis vita
impressa, sequitur non dari Atheos Theoreticos di-
rectos atq; perfectos.

Sed verum prius, E. & posterius.

Consequentia Majoris immotæ est evidentia, vi opposito-
rum. Quia quemadmodum Θεογνωσία infert habitum, ita
ἀθεϊσμός privationem habitus. Deinde quod impressum est,
non aliter ac reliquæ *κοινὰ ἔννοια*, à primordiis vitæ uni ho-
mini, id omnibus hominibus inest. Si inest, non possunt da-
ri Athei, utpote quibus Θεογνωσία non inesse supponitur.

Minor probatur tali prosyllogismo:

Quicquid (1.) inest naturæ, (2.) in scriptum in cordibus
omnium omnino hominum, (3.) stimulat conscientiam
ad accusationem vel excusationem, etiam remotà omni
lege extrinsecus latâ, & formidabili penâ transgressio-
nem illius subsequente, illud est insitum, nativum, & à
prima hominis origine menti impressum.

Sed Θεογνωσία (1.) inest naturæ, (2.) in scripta est & c. E.

Nexus Majoris est adamantinus. Nam *inest naturæ* op-
ponitur *inest institutione*, vel *inest communicari et aditi-*
one. Est enim *Natura*, quasi *nascituræ*, exponente Svarez., &

B Deinde

1) *Syntagm.*
Tb. 1.3.c. 2.
2) in Theol. h.
1.c.1.
3) Met. Syst.
lib. 4.c. 2.
Prob. 2.
4) lib. 1. Inst.
c. 3.
5) in Comp.
Theol. Loc. 2.
p. 8.
6) Tract. Th.
Tom. 1.p. 38.
7) & explic.
Catech. p. 35.
8) Syntagm.
Tb. 1.2.c. 4.
9) Theol. Nat.
P. 1. C. 2.
10) Th. I. & III.

1) *Disp. Met.*
15 p. 272. V.

Deinde id, quo stimulat Conscientiã modo dicto non potest non esse internum aliquod principium directivum, à primo conceptionis momento summi iudicis digito inscriptum.

o) Rom. 2, 14.

15

r) Theol.

Zach. Part.

II. Disp. 6. q. 1.

g) in Exercit.

de Deo in

lum. nat. rep.

passim.

Minor præterquam quod ipsissimis fere verbis contineatur in dicto classico Apostoli, o. (Conf. de eo Dorscheus, π. & Dn. D. Joh. Ad. Ofiand, p.) potest in super etiam inde probari, quod experientiã sit compertum, ipsos Gentiles extra revelationem absq; speciali Sp. S. gratia, Deum cognovisse (etsi cognitione imperfectã) eumq; ut supremum numen coluisse, quod certè non fecissent, nisi aliquem internum sensum divini ejusdam numinis apud se experti essent De Conscientia res tam est certa, quam certissima. Quod rursus probatur communi experientiã, dari se. in omnibus hominibus & sceleratissimis, nulliq; superiori potestati subjectis, iudicem aliquem internum, qui scelera accusat, legem & vindicem, cui ratio & pœna reddenda, sistit, ut inde exurgat metus & angor propter inminens supplicium: contra rectè facta approbat tacitè & laudat, ut inde exurgat gaudium ab præsentem remunerationem boni. Conf. si placet, quæ in hanc rem eruditè disputant Dn. D. Meisnerus, σ. & L. Meyerus, τ.

σ) Theol. Nat.

Qv. 1. p. 2. 6. sq.

τ) Pneum. p.

249. seqq.

§. 4. Interim tamen cave dicas, hanc Propositionem: *Deus est*, æque esse ex terminis notam, ac prima principia: Duo & tria sunt quinq; & c. quamvis aliàs rectè dici, omnino asseramus, *Deum esse*, principium esse nobiscum natum, atq; naturaliter inditum, quicquid in contrarium disputent Paul. Vöet, υ. & Schullerus, φ.

υ) Theol. Nat.

Ref. p. 23.

φ. Li. 2. Exerc.

Phil. Exerc. 3.

p. 122.

Problema II.

Quid habendum de argumentis b. l. petitis partim ab ideis, partim à magicis effectibus?

εξ ηνται.

§. 1. Nolo nunc variorum varia argumenta ad in
cudem

cudem Disputationis revocare: suffecerit mihi duo saltem
examinasse, quæ partim ab novitatem, partim ob felicem
successum [ut putant] plausibilia præ reliquis videri poterant.

§. 2. Atq; quod *primum* attinet, *Renatus des Cartes*,
qui ut Herostratus ille, ex facibus ardentibus Dianæ Ephesinæ templo illatis, nominis perpetuitatem est consecutus,
conquerentibus quàm multis Batavis, existimat, ante sua
tempora firmas non datas esse demonstrationes, quibus
homines existentiam divini numinis in dubium trahentes,
convinci potuerint; Quare homo iste, cui non nisi
proprii ingenii inventa placere,

priscisq; novisq;
ignorata Auctor nobis miracula promit,
dum talem discursum instituit:

Cujuscunq; idea existit in mente mea, illud ipsum existit in rerum natura.

Sed Dei idea existit in mente mea. E.

Deus existit.

Paulò aliter verbis Heereboordii x. propositum videt à Dn. Donati ψ. Per *ideam* verò *Dei* illā intelligit, quam quisq; in mente sua jam inde à teneris ungviculis persentiscit: hanc enim cum Ens perfectissimum repræsenter, non posse ab ulla Causa profectam esse, putat, nisi in quantum tandem sit ad minimum realitatis formalis, quantum ipsa objectivæ continet. Sed Resp. nullius id argumentum ponderis futurum apud Atheum; Quis enim qui vel micam falis habet, perspiciet facile, Majorem simpliciter fallere. Nam concipe e.g. Chimarā, montemaureum, aut quodcunq; aliud Ens rationis, & habebis ideam in mente tua, non tamen illa Entia rationis existent in rerum

B a

natura

x) lib. 2. Pnev.
c. 1. ad Theor.

3. 5. 4.

ψ) Disp. cit.

§. 27.

natura. Deinde ad Min. Resp hanc etiam negando. Nam Deus existit semper in rerum natura, etsi Atheus, vel alius quicumque nullam ideam de eo formet, aliud quippe est ideam Dei in mente habere, & aliud notitiam quandam Dei insitam habere, hoc homini quovis momento competit, illud non item. Plura in hanc sententiam prolixè & crudelitè disputata vide apud Dn. Donati, & Dn. D. Osiand, & Dn. D. Wagner β.

α) *Disp. cit. S.*
73. seqq.

α) *Tract. cit.*
Exerc. 5. p.

94. seqq.

β) *Tract. cit.*
p. 20. S. 46.

γ) *Tom. I.*
Comment.
in I. Thom.

Disp. 20. s. 4.

§. 3. Neq; verò probari potest argumentum alterum ab *effectibus magicis* desumptum. Scilicet Vasquez novam quandam nobis methodum Atheos convincendi præscribit seqq. verbis: *A viris magna auctoritatis*, inquit, nempe in Gallia & Anglia, ubi nunc Atheismus maximè viget, perditissimos homines ab Atheismo facillè revocari, dum magicis artibus in aliis, aut in propriis, mirabiles effectus experiuntur, qui omnem humanam & visibilem potentiam superant: quibus coacti credunt, præter ea, que sub aspectum cadunt, aliquid spirituale & potentioris virtutis esse, quo admissio facilius in eam sententiam adducuntur, ut numen aliquod fateantur: hoc enim ideo negant, quòd nihil aliud præter ista corpora visibilia esse putant: pejores quidem Sadduceis, qui quantum spiritum creatum, & animæ immortalitatem negabant, Deum tamen sacrificiis agnoscebant: Quare testantur viri gravissimi eo magis in Gallia & Anglia homines ab Atheismo detineri, quo avidius magicis artibus student. Quod nisi inter hereticos Deus permisset, pene omnes jam in Atheismo versarentur.

§. 4. Verùm Resp. (I.) supponere id, quod probandum adhuc erat Vasquezio. Etsi enim concedamus Angelorum existentiam evidentiâ morali ab effectibus posse demonstrari: negamus tamen omnino effectus adæquatos & proprios ex sola ratione naturali (sepositâ scripturâ) deprimi posse, quibus evidenter, evidentiâ vel *Metaphysicâ*, vel propriè *Physicâ* eorum existentia demonstraretur. Ita nobiscum sentiunt ex asse Gregor. de Valent.

Valent. (6) Becanus (6) Cornæus, E nostratibus B. Gerhardus, Hutterus, Meisnerus, Calovius, Clotzius, Ebelius. 7, Vid. Dn. Rudrauff 9, (2) Sed positò tantisper, nobis ex sola ratione naturali innotescere Angelorum existentiam, non tamen statim assentietur magus Atheus Conclusioni huic: *Deus est.* Nam potest Magus præcis cæteris ad Deum deveniendi mediis & viis ultimato in Dæmone subsistere: quin imò sæpe Diabolus homines miseros per magiam invitat captivatq; , ut potius à Deo abducantur, quam à principe tenebrarum ad verum numen agnoscendum adducantur. (3.) Crimen falsi committit acutus ille (ut vocatur) Theologus, eo quòd dicat, tunc temporis, ubi ille vixit, Atheismum maximè viguisse in Anglia. Videtur enim id dixisse ex inveterato Hispanorum [qualis est Vasquez] in Gallos & Anglos odio, judice Osiandro 1, (4.) Id etiam apertè falsum, Deum ideo magiam inter hæreticos (ut vocat quosvis extra Ecclesiam Romano-Catholicam degentes) permisisse, ut Athei convertantur. An non enim alia media suppetunt (nempe lumen naturæ & scripturæ) quibus sufficienter confundi potest Atheismus?

§. 5. Nec est quod regerat Vasquez, Mornæum 2, legisse, quibusdam, qui non nisi visa crederent, arte Magica dæmones exhibitos, his conspectis Deum etiam credidisse. Quibus verbis fidem facere poterat Plutarchus 3, dum tale exemplum affert, quòd Præses quidam Ciliciæ Atheus Deum crediderit, cum Mopsi oraculum consulisset, & Damon quæstioni ob signatæ respondisset. Sed Resp. (1.) Quod rarissimè & per accidens salt. fit, id non fit semper. (2.) præposterum (imò & periculosum) est Diaboli manu ad Deum adduci, ut idem ait Mornæus 4.

§. 6. Har

§] Part. 1. p.

1015.

§] Tom. 1. Tb.

p. 313.

§] p. 363.

7) Apbor. Met.

8) Theol. Phil.

Exhib.

14 p. 171. 172.

1) Exerc. s. p.

90.

2) lib. de Ve-

rit. relig.

Christ. C. 1.

p. 13.

3) Tract. de

orac. def.

4) disc. loc.

§. 6. *Tract. saepe
laud. p. 63.
seqq.
(o) Disp. de
Ath. p. 39.
Seqq.
π. Dissert. §
13. seqq.
§. 1. *Phil.
deo 1^a §. 10.
σ. lib. 1^a. de
Civ. Dei.
τ. lib. 2. sent.
Dist. 1. Qu. 1.
Art. 2.
v. ibidem.
Qu. 2. Concl.
Φ. Lib. 7. de
peren. Phil.
C. 4.
χ. lib. 2. sent.
Dist. 1. Qu. 1.
Art. 2. 3.
Ψ. Disp. 20.
Met. 5. 6
ω. lib. 8. Phys.
C. 2. Qu. 6. 7.
α. Disp. 12 P^h-
ys. S. 1.
β. Tract. 2.
Part. 1. Phys.
Disp. 8.**

§. 6. Hæc fere erant, quæ ad dicta argumenta re-
gerere cogitabam. Reliqua quæ h. l. urgeri solent, exami-
nata Vide sis apud Dn. D. Joh. Ad. Osiand. §. Dn. Rudr.
o, Dn. Donati, π, & alios.

SECTIO *Αυλισηκη*.

§. 1. Antequam concludamus hanc nostram Exer-
citationem placet paucis, quid Dissidentes ad dicta ex-
cipiant, delibasse. Excipiunt autem ad Conclusionem
Argumenti nostri e, duo imprimis; (1.) Totum robur ar-
gumenti inniti falsæ hypothese; Cum *creatio* teste August,
vel leviter saltem, vel omnino non cognosci possit, ex lu-
mine naturali, quod calculo suo comprobant Marfilii, &
apud Capreolum o. Aureolus (2.) Non sequi: Datur Causa
universaliter prima, E. hæc ipsa est Deus, cum possit esse In-
dividuum aliquod vagum ac incertum, e. g. Cœlum juxta
Diagoram, aut Fortuna juxta Epicureos.

§. 2. Resp. ad *primum* (1.) Falsum esse, argumentum
nostrum inniti falsæ hypothese. Possè enim Creationem ex
lumine naturæ ostendi, supra probatum ex inductione re-
rum in mundo contentarum: & prolixius probatam vide
sis apud Eugubinum, Φ. Thomam, χ. Svarez, ψ. Conimbri-
censes Dd ω. Mendozā, 2. Franc. Bonæ Spei, β. Philippinum à SS.
Trin. γ. B. Jac. Martini, δ. B. Scharff, ε. Dn. D. Calovium, ζ. B.
Clotz, η. B. Meisn. s. Paul. Voetium, i. & alios. (2.) Quod Augu-
stinus attinet, is pro Dissidente prorsus non facit.
Augustinus enim aliud non dicit, quàm hoc: *quod deus
mundum fecerit, nulli tutius credimus, quam ipsi Deo.* Insti-
tuit

γ. Part. 3. Sum. Phil. Qu. 25. Art. 2. (d.) in Exerc. Met. l. b. 1. Exerc.
5. p. 224. §. Lib. 2. Exerc. 5. Theor. 1. p. 862. seqq. (e) Lib. 2. Pnevm.
l. c. 6. (ζ) Tom. 3. Syst. Th. p. 911. seqq. (η) Pnevm. Disp. 15 p. 305.
δ) Phil. Sob. P. l. Sect. 3. p. 405. i) Theol. Nat. Ref. p. 443. seqq.



ruit ergo comparationem inter certitudinem ortam ex cognitione naturali & revelata, hancq; illi præfert, nobis etiã libenter ad stipulantibus: interim tamen non omnem planè denegat certitudinem ipsi cognitioni naturali, quantum ad creationem, uti concedere tenebitur Dissentiens, dum fatetur Creationem teste Augustino vel *leviter scilicet* cognosci posse. At quod *leviter* cognoscitur, cognoscitur nihilominus, etsi non perfectissimè. (3.) auctoritas Marfilii & Aureoli tanta non est, ut nobis contrarium persuadere possit, utp. qui longè plures pro nostra sententia paulò ante allegavimus.

§ 3. B. *ad secundum*. Sequi omnino evidenter: *Datur Causa universaliter prima, & est Deus*; Nam dum *universaliter prima* vocatur, includitur omnis superior, absolutaq; independentia includitur. Sed verò absolutum illud independentens in Ordine Causarum nobis Deus est, per supra supposita. Tamen si enim *formaliter* Causa prima & Deus distingui recte dicantur: *materialiter* tamen sibi identificantur, non secus ac in genere hominum Causa secunda & Pater generans sobolem. Atq; ita etiam Sponte ruit probatio adducta; Nam nominatà Causa universaliter prima, statim concipio aliquod Individuum signatum & certum, quod est Deus, minimè vagum, quod sit vel Cælum vel Fortuna. Aut si intellectu malè disposito alterutrum concipiat Atheus pro absolutè independente, mox mutabit sententiam, ubi explicatam habuerit naturam vel Cæli vel Fortunæ, videbitq; nomine *Causæ universaliter primæ* neutrum venire posse. De priori res certissima est ex superioribus, ubi patuit Cælum potius esse aliquod Ens dependens. *Fortuna* verò quoniam cum Causa per accidens eoincidit, ex consensu plerorumq; Philosophorum, evidens est, *Caus-*

2. lib. 2. Phys.
Text. 52.
2. Exerc. Met.
Lib. 2. Exerc.
5. Tb. 4. p. 899
11. Lib. 1. Con-
tra Acad.
Cap. 1.

Caussam universaliter primam & independentem esse non
posse. Rectè Aristoreles: *Ubi voluntas, ait, quæ deliberat,
effectum prestare non potest, sed evenit aliud præter consilium
agentis ob externam quandam vim, id Fortunâ evenire di-
citur.* Conf. B. Jac. Martini 2. pro se allegans Augustinum. 11

§ 4. Sed vela contrahenda sunt. Reliquar. Objection-
num resolutionem reservamus ad ipsum conflictum Dis-
putationis. Confer interim Disputationem nostram de *Geo-
graphia naturali*. Nos hic concludimus cum verbis Cæcili
Cypriani: *Summa delicti est, nolle cum agnoscere, quæ
ignorare non possis.*

SOLI DEO GLORIA.



Hæresis est atrox, Atheismus atrocior audit,
Nil sani retinet Theologia DEI.
Nam DEUS, & quæ sunt *Mysteria* dia negantur,
Sic perit omne bonum, sic perit ipsa salus.
Talia Tu monstras FAUTOR, cum PRÆSIDE claro,
Hoc studium Domino perplacet usq; DEO.
Ipse DEUS *Studiis vestris* benedicat ab alto,
Vos olim PATRIÆ restituatq; bene.
Floreat in PATRIA Vestra sanctissima *Christi*
Relligio, cesset sic *Atheismus* ibi.
Floreat & studium vestrum, fructusq; feratis
Multiplices Sacris *Caribus*, atq; *Bonis* !

JOHANNES Deutschmann / D.





Mnâ quæ Charites, atq; omnia quæ Sacra
Musa

Numina semper habent, fortiter illa
tenes:

Promovet hinc Temet virtus; hinc vota
repscunt,

Ut tandem vestrâ Sidus in Urbe sies:

Hinc quoq; dum scandis Cathedram mitto pia vota;

O Deus, affer opem! da bona cuncta precor.

ABRAHAM CALOVIVS, D.



Præstantissimo Juveni

GEORGIO TVTIO Transsylvano

Amico ob doctrinâ cum pietate conjunctam
præcipuè mihi charo.

S. P. D.

CONRADUS SAMUEL SCHURZFLEISCH, P.P.

Isti homines planè degeneres perditiq; sunt, qui etsi Deum summa
veneratione colendum esse sciunt, tamen, non modo non
profiterentur & celebrant, sed nequidem eum scire, vitâ mori-
busq; præ se ferunt. Quos *M. Eurius Camillus* recti quondam exem-
pli Vir non tam erroris, cujus causam ipsi nullam habent, quàm fla-
gitiis scelerisq; coarguet atq; convincet, affirmaturus, si ab inferis
suscitari posset, *omnia prosperè evenisse sequentibus Deos, adversa
spernentibus.* Aded ut si maximè is de DEO alioquin perperam sen-
serit, religionisq; rectum ac salutare officium ignoraverit, tamen
hoc impio quoq; cultu Deum esse satis superq; probaverit, quippe
qui ad ejus templa supplicandum esse edixit, ut populum multa
cladibus afflictum respiceret tandem, & rursus felicem fortuna-
tumq; præstaret. Proinde non possum non indignari, si quando
vel lego vel audio fuisse viros omnium opinione doctos, qui non
putarint esse Deum, & vim celestem Numenq; Sanctum secus
E ignorari

ignorari posse aliis persuadere. voluerint quos maximam Deo face-
re injuriam, vel solo *Camilli* exemplo conficiamus, qui Deum ab
Romanis offensum prolixè & graviter commemorat, cultumq;
divinum argumentis ad eam causam efficacissimis à Martio popu-
lo requirit, religionisq; naturalis veritatem abunde demonstrat,
quæ sic ab unoquoq; adhibenda est, ut ad verum patefactumq; De-
um piè investigandum dirigatur. Qvi contra fecerint *Pomponatii*
Vaniniq; levibus atq; futilibus rationibus decepti sanè digni mihi
videntur, qvi à *Camillo*, et si hanc salutarem viam non ingresso, ex-
plodantur. Nec tempus, nec instituti ratio patitur, ut ad eos refel-
lendos momentum afferam, sive quòd jam multi ante me hanc o-
peram occuparunt, sive quòd Tu ipse hoc propositum conse-
cutè utiliterq; studes. Nisi quòd Temonendum duxi, ut postquam
argumenti hujus disceptandi occasionem sumpisti, *Dialogum he-
ptaplomeren*, Vanini dubium, an Postelli opus, sollicitè expendas,
nec non *Thome Brounii* incertas ancipitesq; sententias caveas,
impiasq; *Spinoza* argutias non tantùm auctoritatibus, quæ passim
extant, sed etiam veris solidisq; rationibus dissolvas, nec prius de
ea statione decedas, quam omne robur impiæ Sectæ prostratum
perculsumq; jaceat, ut his rebus & Tu, & qvi tua studia ornat Do-
ctissimus M. GREISSINGILUS, magnos uberesq; doctrinæ pariter
& pietatis fructus Patriæ, quæ vos expectat, magna cum laude
Nominis Vestri afferatis. Festinantissimè
Witteberga & Musco Eid. Decembr.

Anno Recuperatæ gratiæ clō Jhc LXXVII.

NON satis est multos libros legisse, sed ars est,
Docto lecta alios ore docere palam.
Hoc attendis ubi, multò suavissime Tuti,
Gratulor, haud levis hinc fructus & usus
erit.

Christianus Donati, Log. ac
Metaph. P.P.

Madrigal

Madrigal.

Die Welt ist ohne Gott:
Weil in der Welt nichts als nur Golde
regire.

Doch ist das Golde
Nichts als ein gelber Koth.
O schöne Welt!
Wie wird so manches Bluth
Durch Golde/ das zeuget Wollust-übernuth/
Von Tugend ab zum Laster-Steig geführt.
Drumb klagen wier ja recht den Menschen
Orden

Weil ieder fast ein Ohn-Gott worden.
Ich liebe Gott/ein Ainder liebe Goldt.

Seinem vielwerthen Herrn Haußaenossen/
als derselbe von dem **DN GOTT**
rühmlichst Disputirte / schrieb solches
zu ehren

Gottfried Nicol. Schleenstein
J.V.D.

DOcta Sophum cupida volvis qui *unus a mente,*
TUT I, præclari Patris imago tui;
Fas est, à nostris etiam contabere Muis,
Sic tua, sic nostri virtus amorq; jubent,

E 3

20

*An DEUS invictè ex natura lumine possit
Ostendi, pulchrè differis atq; probas.
I bone, quo dudum cœpisti tramite fausto,
Præmia sic studiis DACIA digna feret.*

*Ita L. M. G. applaudebat Doctissimo Dno
Tutio suo, Contubernali & Amico pro-
batissimo, conjunctissimoq;*

M. VALENTINUS GREISSING

Præses.

Dum perstringis eos, quorum reverentia nulla
fõve! demonstras, quæ Tibi cura Dei
Maeste animo! duros, studiorum crede, labores,
Pensabit largis, Patria muneribus.

*Paucula hæc prolix. adfectus testandi
ergò*

*Politissimo atq; Præst. Dn. Re-
spondenti Fauto: i amico & Po-
pulari suo æstimatissimo adjicbat*

Thomas Zachariæ Cibiño-

Transylvanus SS. Theol. Stud.

A! dem ist so! Gott scheint in einen Spie-
gel/

Vor's Angesicht dem Zummen und dem
Klügel/

Wer leugnet dis/der ist von Sinnen roh-
Das

Das weist mein Freunds. So soll dann um solch
Wissen

Der Daphne Mund sein kluge Seiten beküssen.

Za! dem ist so!

Dieses sagte hinzu seinen Werthgeschätzten
Freundt und treuen Stuben-Gesellen

M. Christian Friederich Braune

Von Mügeln auf Meissen.

✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻
PRafide GREISSINGO TVTIVS nunc pulpita scandis,
Laudo conatus: perge nitere tuis.

Macte isthoc studioDEUS AVTHOR munera pendet.

Ordine nam tractas, quæ super astra locant.

ὁλοκαρδῶς
apprecaturus, Concivis & Amico suo LMG,
relinquebat

Georgius Schüler, Cibiniô Transfylv.

S.S.Theol.& Phil.Stud.

✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻

EST DELUS in caelis: Quod NVMEN cuncta loquuntur.

Mens scelerata timet; Pagina sacra docet.

Fertur & in DOMINVM; quicquid contraria dicitis.

Athea vota ferant; Mens pia Quæq; Suum;

Quod Tua Facta probant; queis congratulamur in unum;

Perge! Sacris Studiis; sic meditare Deum.

Apposuit

Pereximto Dno Respondenti Amico & Con-

Terraneo intimo; in bonum omen;

& constantissime Amicitia vorum

Paucula hæc

JOHANNES Oltardus, Cibinio- Transylva.

SS.Theol.& Phil.Stud.

Invidiæ

Invidia quondam nisi fortis Hector
Impetus fortis penetrasset audax
Facta quis nōsset? mediis lateret
Fama sub umbris
Nempe per duros fatigare casus
Di Viros semper voluere fortes.
Forte pugnandum, bona pugna tandem

Signat Achillem.

JOHAN: Fridericius Cib.T.
S. S. Theol. Stud.



Somnia falsiloquū memoras dum rite Sophorum;
Queis haud sunt curā magni sacra iussa Tonantis
Quiq; dari Numen peruersō corde negabant.
Hoc cupio: faxit, verbō qui territat orbem;
Cujus, ob ore tuo, nunc prodit gloria vindex.
Tandem ut conuersi noscant sua crimina; soli
Dentq; Deo laudes, celebrant quem cuncta creata.
Ast, Tibi, Palladias, dum vis exponere merces
Leucoreā primum, voveo, feliciter isthac
Cedant; postq; ferant sua prēmia digna labores!

Franciscus Czekelius Mediā-
Transylv. SS. Theol. Stud.



Natura fatagens aperire librum omne parentis
Suscipis egregium mentis (Amice!) deus.

Nam

Nam qui natura ignarus, penetralia certè
Scriptura nunquam certus adire valet:
Crescit enim studium primò rudiore sequendo,
Augetur denura sic magis atq; magis.
Quod tibi contingat, cupio de pectore Puro,
Et capias posthæc Præmia digna, volo.

*Paucissimq; hisce Virum Pietate atq; Eruditione Li-
beratissimum Dnum Georgium Tutium, Amicum
Et Affinem suum Longè Charissimum Venera-
batur.*

LAURENTIUS Wagner / Schasburgö.
Transfyl: S.S. Theol. Stud:



Hoc scelus est ingens & inexcusabilis error l
Dum cernas ipsum, nec fateare, Deum.
*His defendendis multi culpæ, levandis,
Cum vero pugnans aggrediuntur opus.
Quos contra accensus divinitus, arma capessis,
Tò verum clarâ luce juvare paras,
Talia prestanti Sociis adiunctus & ipse,
Te penes ut maneat palma cupita, precor.*

Iohannes Franck Bistr.
Tranffylv. SS.Th.Ph.St.



Sudorem comitatur honor mercesq; laborem
Hoc tuâ ceu virtus sedula te monuit
Fortiter id tentas, doctorum stans in arena
Asferis à falso dogmata vera probè:

Sic

*Sic sanè decet Albiacas coluisse Camenas,
De Studiis specimen reddere posse suis.
Hacce viâ contrita sequi vestigia doctûm
Perge, Patrum parilis teq, manebit Honor.*

Hæc animò quàm calamò, meliori sinceriaffectus
testandi *l.m^o f.*

JOHANNIS Roth / Erkedinò-Tran.
SS.Th.&Philof. Studios.



Ung. VI 59

ULB Halle

3

004 186 672



f


Sb.

VD 17.

Jun. 2000 M,







EXERCITATIO ACADEMICA
POSTERIOR
DE
A T H E I S M O,
Opposta inprimis Renato des Cartes, & Matthiæ Rnußen.

14
IN
VAM
In Illustri ad Albim Universitate
Auspice DEO, iustissimo Atheismi Vindice,
& PRÆSIDE
M. VALENTINO GREISSING,
Coronâ Transylvano, SEREN. ELECT.

SAX. Alumno.
*Fautore ac Amico honorando, Populari Contubernaliq̃
suo æstimatissimo,*
publico eruditorum examini sistit
GEORGIUS TUTIUS Kis-Schenckino
Transylvanus Saxo.

Ad diem 18. Decembr. A. O. R. M DC LXXVII.
IN AUDITORIO VETERIS COLLEGI.



WITTEBERGÆ,
Literis JOHANNIS WILCKII

h. 2878
S. Michaelis

etiam ditamur.